

ergo promptè Angelus imperativè loquitur, Tobias verò humiliter petit, ac suppliciter rogat.

QUESTIO VIII.

Quare Christus non rogavit Petrum pro ingressu in navim, sed pro reductione pusillum à terra.

47. D. Ominis è littore videns naviculam, ingreditur in illam, quin aliquid innavit, vel Petrum roget, postea vero à Petro petit ut pusillum à terra navim semoveat. Quare hoc? Respondeo primò, quod ut Dominus ingrederetur in navim, nullius indigebat ope, ut vero tantisper reduceretur à terra, promptè, & commode fieri non poterat, nisi interventu navis gubernatoris; nam Dominus, ut jam dixi, sua divina vi navem impellere noluit: ideo retrum pro reductione rogat; omnia enim, quoad fieri potest, communi via suaviterque semper disponit.

48. Tolet. Secundò respondet Tolet. annot. 3. quod ingressus in navim, cujusdam imminentis necessitatis erat; irruerat enim in eum turba, ut docet D. Ambros. citatus quasi. 5. in Princip. num. 32. Festinatio erga necessaria locum non dedit precibus. Ingresso autem Domino in navim, jam tanta necessitas non urgebat. Et ideo pro reductione rogat, Petrum licet antea pro ingressu, ob instantem necessitatem non rogaverit: nam necessitas, ut ait Silius 7. Moras extremas recusat. Et, ut ait Petr. Cellens. lib. 1. Epist. 18. Necessitas nullis reprimitur legibus.

49. Necessitas nullam habet legem. Urgente fame pergit Elias in Sareptam ad mulierem viduam, à qua petit parum panis, & aquæ; quæ cum responderet, quod tantum in domo sua habebat pugillum farinæ, ut faceret sibi, & filio suo, ut comedamus, & moriamur; ad illam ait Elias: Vade, & fac, sicut dixisti. Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum, & asser: tibi autem, & filio tuo facies postea, 3. Reg. 17. n. 13. In hac obsecratione tantus propheta videtur excedere leges urbanitatis, & charitatis. Qui urbane petit, non prius sibi postulat provideri, quam proprio rei Domino, & filiis ejus. Quomodo ergo ait propheta mulieri: Vade, de tua farina fac panem, sicut dixisti, Veruntamen mihi primum, tibi autem, & filio tuo facies postea. Deinde charitas æqualitate fertur ad omnes, & non magis sibi vult, quam aliis. Quomodo ergo ait, Fac mihi primum, & postea tibi, & filio tuo Abulens. q. 2. 8. ex Lyano: Elias tunc erat famelicus nimis, & magis necessarius erat sibi cibus, quam mulieri, & filio. Gravi fame pressus Elias, cum tanta urgeret necessitas nullis legibus reprimebatur; ideo confidenter cum charitate, ac urbanitate à muliere postulat sibi primum offerri, & postea ipsi & filio suo.

50. U. filij Jacob possent sibi alimenta comparare, necessariò Benjamin adducendus erat in Ægyptum ad Joseph. Et pro eo secum asportando graviter infat Ruben apud patrem: Duos filios meos interfecit, si non reduxero eum tibi, Genes. 42. num. 37. Et tamen non annuit pater. Accedit Judas: fidenter exorat, ut puer pergat, ne alimonie

penuria consumantur omnes, atque, *Mitte parvum mecum, ut proficiamus, & possimus vivere, ut moriamur nos, & parvuli nostri*, Genes. 43. num. 8. Quibus auditis, pater acquiescit, & puer curæ ejus, ac tutelæ committitur. Mirum sane: nam bonus senex facilè exitium Ruben in fratres amorem intelligere poterat, ipse enim maxime laboravit, ut Joseph à nece, ac venditione eriperet, cujus author exitit Judas. Cur ergo, non Ruben, sed Judas, puer committitur: quamvis apud Patrem esset fixum, ne puer discederet, extremam tamen Judas necessitatem proposuit: ut possimus vivere, ne moriamur nos, & parvuli nostri; & cum Jacob adeo urgentem intellectam haberet necessitatem, per omnem legem sibi transigendum esse putavit. Hamer. *in proverbij locum abiji, necessitatem legem non habere: & fieri videmus, quæ in animo nunquam habeamus, ut faceremus, illa tamen necessitate subacti, & inviti ut faciamus. Constituerat quidem Jacob filium suum Benjamin, quem à charissima sibi uxore susceperat, domi apud se tenere, neque cum reliquis filiis in Ægyptum mittere; sed constantem, & tenacem virum Jacob fregit necessitas.*

Lucæ 5. num. 4. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

VERSIONES.

Syriacus. Dixit ipsi Schemeon: Ducite in profundum, & projicite retia vestra ad piscandum.

Vatablus. Age navim in altum, & laxare retia vestra.

Franc. Lucas. Provehe navim, & expansa dimittite retia.

EXPOSITIO.

QUID Christus Dominus locutus fuerit in sua concione sacer Evangelista non explicat. Tamen Christi prædicatio, testatur Math. 4. n. 17. *Cœpit Jesus predicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum celorum.* Hæc enim erat summa omnium Christi prædicationum. Unde notat Franc. Lucas, quod quando doctrinæ Christi sit mentio, ad hanc concionem, tanquam ad statum totius doctrinæ Christi respiciendum est, *Ut cessavit autem loqui, Sæ admirabili doctrinæ conjunxit opera, quæ magnam vim, & efficaciam ad persuadendum habent: ut quos verbis non moverat, miracula obstupescerent.* Infra enim dicitur, quod stupor circumdederat omnes. Hoc notavit D. Cyrill. citatus à Cordero. *Post sufficientem igitur doctrinam, ait, cum oporteret etiam, opus aliquod divinum istis verbis adungere in utilitatem prospectantium,* jussit

in capuram rete. Et nota quod Christus prius prædicat, & postea agit de piscatione piscium. Divinus Magister prius agit de spiritali cibo, & postea de corporali, ut nos discamus, nostram prius ad spiritualia dirigere operationem, & de his, quæ ad corporis victum requiruntur, secundo loco tractare.

Dixit ad Simonem, ut ad Dominum, ac gubernatorem navis: *Duc in altum*, id est, in profundum. Simon venerat ex alto mari nil piscium prendens. Ad eundem locum jubet Christus remeare, ut jubentis divinitas, ac virtus ostendatur, & ideo eundem locum præcipit repetere, ut apprehensa tanta multitudine piscium, non hoc casu factum, sed miraculosè dispositum credatur, *Laxate retia vestra.* Loquitur Dominus Simonis, ac locis, ut expansa retia laxent ad capiendos pisces. Et in eo quod ait, *laxate*, emphasis habet, quasi dicat: Quam maxime potestis, extendite retia, tantum enim trahetis piscium, quanta retis capacitas erit.

QUESTIO IX.

Quare Petro dicitur, quod ducat navim in altum.

Ratio difficultatis est: quia divina virtute fieri poterat, ut laxantes retia juxta littus magnam piscium multitudinem caperent. Cur ergo mandatur Petro, ut ducat in altum? Sine dubio mysterium later, quod juxta mentem sanctorum patrum est inquirendum.

Respondeo primò juxta ea, quæ dixi in expositione proxime; quæ mihi est ratio litteralis, ut etiam tradit Maldonatus. Venerat Petrus ex alto mari ad littus irrita picatione, cum per totam noctem laborasset. Ad eundem locum jobet Christus remeare, ut ita miraculi magnitudo videatur, & altum Dei consilium, cum ex loco panis antea piscibus vacuo tam magna eorum multitudo capiatur, dum in verbo Dei jacit rete. Ut ita sit omnibus apertum, nos frustra sine Christo laborare, & omnia humana studia sine divina gratia irrita esse. Et ideo Christi virtus utrunque fecit, ut Petrus antea nil caperet, & postea tantam piscium multitudinem apprehenderet, ut ita miraculi magnitudo, ac necessitas divinæ gratiæ patefieret.

Secundò respondet D. Bonaventura, & probabiliter in sensu litterali: *Duc in altum*, id est, in profundum mare, ubi scilicet est multitudo piscium sicut divinitatis oculis aspicebat, Eccl. 23. num. 28. *Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssis.* Non juxta littus, sed ad altitudinem maris, jubet Dominus docere navim, & laxare retia; quia non propè ripas, sed in profundo maris copiosa piscium multitudo solet nasci. Et ad eum locum, imperat remigrare, in quo videbat pisces ingenti cœtu conglomerari. Nam unaquæque res eo in loco est querenda, in quo conveniri potest, ut dicam inferiori cap. num. 64. & 65. Hæc probabiliter

sunt dicta. Tamen ad majorem evidentiam miraculi existimo cum Maldonato, quod navis ad eum locum reducta est ubi Petrus per totam noctem laborans nihil invenerat. Ad sensus morales veniamus.

Tertio D. Ambrosius serm. 42. in 5. Dom. post Pentec. *Ecclesia in altitudinem revocatur, tanquam cœorum profunda Sacramenta disciens, in illam scilicet altitudinem, de qua Apostolus ait: O altitudo divitiarum, propereat dicitur Petro: Duc in altum, hoc est, in profundum disputationum generationis divinæ. Quid tam profundum, quam quod ait Petro ad Dominum: Tu es Christus filius Dei vivis? Matth. 16. & late prosequitur. Et similiter docet 1. b. 4. in Luc. hoc loco. Et cum eodem sensu locum enucleat Etherius, & Beatus lib. 1. ad Elipand. magna, & ingens est altitudo mysteriorum fidei, & arcantum sacræ Scripturæ, quæ in Synagoga latebant. Et ita Judæi appellabant Christum fabri filium, Marc. 6. n. 3. Petro autem, ut gubernatori navis Ecclesiæ Christi dicitur: *Duc in altum*, hoc est, ut cum divina illuminatione aperiat altitudinem mysteriorum fidei. Et ita ei dicitur: *Non caro, & sanguis revelavit tibi, sed Pater meus, qui in calis est.**

Quartò idem D. Ambrosius lib. 3. de Virginibus, *prope finem, ait: Nec enim vilis est navis, quæ ducitur in altum, h. e. ab incredulis separatur. Et post pauca subdit: Duc in altum, quia antea in arena erat, quando in Synagoga erat. Alta non erat aqua Iudæis. Denique Samaritana, & puteus altum puabat, dicens: Puteus altus est, Joan. 4. Unde mihi dare habes aquam vivam. Non ergo ducere in altum poterat, quando cum Judæis credebatur, qui etiam de puteo aquam haurire non poterant. Ideo dicitur Petro: *Duc in altum, hoc est, duc in Christum. Altus enim est Christus; de quo dicitur: Et tu Propheta Altissimi vocaberis. Luc. 1. Duc ergo ad Christum, & bene altum, in quo est altitudo divitiarum, Roman. 1. Mandatur Petro, ut ducat navim in altum hoc est, ut separetur ab incredulis, & infidelibus: & tunc potest tendere in altum, hoc est, ad Christum, qui altus est in sua divinitate, & in quo est altitudo divitiarum. Nam quando Petrus erat in Synagoga, erat in arena & alta ei erat aqua Christi, nec, in quo hauriret, habebat. Ut autem separatur ab ipsa Judæorum arena, jam tendit in altum, hoc est, ad Christum ab ipsoque illuminatur.**

Quintò idem Ambrosius citato loco de Virginibus. *Duc in altum, ait, antea non ducatur in altum Petrus, quando piscabatur in stagno. Et si mare erat, altum non erat. Altum mare Scriptura nescit. Quid ergo sit altum, accipe. Aqua alta consilium in corde viri. Altum cor viri est, ubi nihil vadosum est. Duc ergo in altum disputationis tuæ fideique remigium; duc in cor viri. Altum, & profundum est cor hominis. Et antequam Petrus juberetur à Christo, licet piscaretur in stagno, suam tamen navim, ac documenta ad profundum, hoc est, ad cor hominis, non ducbat. At postquam Christus ei imperat, *Duc in altum*; jam sua doctrina ad altum, ac profundum nempe cor hominis transire mandat. Ut ex hoc discant Prædicatores, verba sua, ac documenta Apostolica non tantum diffundere in auribus populorum, sed etiam in eorum cor ea ingerere*

ingerere, & insinuare, ut divini amoris igne exardescant.

59. Sexto D. Augustinus lib. 2. quæst. Evangelicar. quæst. 2. Dominus, ait, ascendens in naviculam Petri rogat, à terra reducere possillum: significat, prius in proximis regionibus Evangelium predicandum esse; ut quod dicit iterum Petro: Duc in altum, & laxate retia vestra in captivam, ad remotiores gentes, quibus postea predicatum pertinet. Sicut Isaias 57. num. 19. Creavi fructum laborum pacem, pacem ei, qui longe est, & qui propè, dixit Dominus & sanavi eum. Prius dicitur petro, quod reducat possillum navim à terra; & postea Duc in altum. Prius Evangelium seminandum erat in propinquis nationibus, deinde ad remotiores deveniendum, quamvis enim dona, ac beneficia debeant in omnes diffundi, prius tamen communicanda his, qui è propinquo sunt, & postea in remotiores conferenda. Vide suprâ cap. 3. n. 2. & cap. 5. num. 20.

Isai. 57. Dona patris in propinquo conferenda, & postea ad remotiores.

60. Septimo Simon Cassianus lib. 9. cap. 15. Sed cur petitur altitudo maris, ait, cum ab Apostolo prohibeatur altum sapere, cum dicit: Noli altum sapere, sed time, Roma 11. num. 20. Sed nec non altum petere, suadebatur à Christo, sed altum maris pro futuro mysterio, altum scilicet fidei, ceterarumque virtutum. Altum, scilicet profundum intelligentia Scripturarum, in quibus, velut in figuris

profunda, & revelanda mysteria latitabant. Christus jubet in altum tendere. Apostolus verò prohibet, altum sapere: magna distat intercapedine utrumque altum. Apostolus verat, altum superbiæ ac vitiatorum sapere, nam dom homo huic altitudini se committit, naufragatur, & petit Christus autem imperat, altum petere virtutum, ac intelligentiæ Scripturarum, in quibus salus piscator, & vita.

61. Octavo. In altum tendere jubet Christus. Et tam de ipso, in ejus persona, ut est communis sententia Hieronymi, Augustini, Chrysostomi, Nazianzeni, incogniti & aliorum, ait Prophetia Psalm. 68. num. 3. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Si ipse in altitudine maris submergitur à tempestate cur altitudinem magis jubet nos petere? Ipse in laboribus hujus vitæ temporalis, ac in procellosa tempestate pressuratum, ac dolorum suæ sanctissimæ passionis, propter nos subversionem passus est, dum ibi mortuus, & sepultus est; ut nos in maris hujus vitæ altitudine securi, ac tranquillii essemus, & nullas minantium, ac sævientium laborum furias timeamus. Ipse in mari suæ passionis tempestatem, & submerisionem perpassus est, ut navis Ecclesie in ipso mari naufragium non timeat, sed magnis piscibus, hoc est illustribus viris repleatur, & secuta, ac immunis ab omni ærumna incedat. Huic cogitationi favet Divus Augustinus in cit. Psalm. Venit, scilicet Christus, in altitudinem maris in qua altitudine nos depressi eramus, in qua altitudine nos naufragium passi eramus. Venit illic ipse, & tempestas demersit illum: quia fluctus ibi passus est ipsos homines, tempestates, & voces dicentium: Crucifige, crucifige.

62. Venit Christus in aquas, veniunt & homines. Threnor. 3. De Christo Domino dicitur Threnorum 3. n. 53. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me, inundaverunt aqua super caput meum, & dixi, Perii. Quod apertius de passione Christi, ait D. Paschasius, Posuerunt lapidem su-

per me, quando positum est corpus in sepulchro. Inundaverunt aqua tribulationum, dolorum, plagarum, ac mortis, & crucis, irant diceret: Perii quando in cruce, ut explicat Hogo, clamavit: Consummatum est. Quid verò de hominibus dicat divina Sapientia 14. num. 5. Exiguo ligno credunt homines animas suas; & transeunt mare; per ratem liberati sunt. Hoc mare est pelagus hujus sæculi multorum dolorum, ac tribulationum, per quod transeant homines per navim liberati. Christus Dominus in hoc mari dixit: Perii; & tamen homines liberantur. Si lignum, si navis illa est Crux Christi, ut multis ibi explicat Robertus Holkot, Lorinus, & alij, noone Christus Dominus illam habebat, & tamen moritur? Christus ob suam clementiam sanctissimo sanguine suo, pretiosaque morte Crucem ditare voluit, ut nos hoc in mari sæculi hujus per eam ab omni pressura, irruenteque malo liberi essemus. Cardinalis Hugo. Navis, quæ mare transiit, crux est, cujus auxilio fluctus sæculi transeunt fideles. Et hanc navim magna cupiditate plurimum acquirendi populum excogitavit filius Dei: propter quod & populus fidelium dicitur gens sancta, & populus acquisitum. 1. Petri 2. n. 9. scilicet per sanguinem suum.

Diligenter mecum expendè, quod antequam Deus fieret homo, homines non deambulabant super aquas, sed per sicum transibant. Sic ad ingressum Israël mare dividitur, & Israël transit per sicum. Exod. 14. num. 2. Sic per arenam altuum transit Israël Jordanem Josue 3. n. 19. Sic ut eundem fluvium valeat transvadere Elias, divisa sunt aquæ hæc, atque illoc, & transit, scilicet per sicum, ut ibi explicat Abulensis 4. Reg. 2. num. 14. At postquam Deus factus homo ad nos descendit, & deambulat super fluctus Petrus etiam semel, & iterum Matth. 14. num. 29. & Joan. 21. num. 7. Et sanctissimi Patres mei Carmelitarum Angelus, & Albertus multique alij viri illustres super aquas incedunt. Quid est, quod antequam Christus mare ingrederetur, nullius hominum planta tingebatur aqua; at, postquam ipse super aquas incedit, adfunt jam & viri, qui super eas deambulant? Mare denotat hoc sæculum maxime agitur tumescens fluctibus calamitatum, pressurarum, ac tentationum; & antequam Christus hoc procellosum pelagus conculcavit, postquam Dominus suis pedibus illud contrivit, nobis iter liquidum præbuit, ut super marinos vortices tentationum, ac laborum fiducialiter incedamus, ac deambulemus, D. Paschasius lib. 7. in Matth. Mare, ait, illi calcabile se præbuit, juxta debitum naturæ, quasi Domino, & Petro secundum jubentis imperium ad modum serviens. In hoc Christus instruat, quod ipse sit solus, qui omnes elationis presentis sæculi, & omnes fluctus sua virtute calcat, & comprimit, ideo debuit in Petro monstrari, in uno, ac singulari quid omnibus agit, qui suum requirunt auxiliium dum præsens vertitur sæculum, quia in hoc sæculo, tanquam in aliquo mari positi sumus, in quo utique quotidie spiritualium nequitarum turbines sustinemus. Antequam adesset, sæviebat mare tentationum: at postquam ille advenit, sua divina virtute conculcavit, ac refrænavit, ut jam super illud incedere, nobis sit timendum.

Robertus Lorin. Christus passus est in mari passio-nis, ut nos essemus liberati. Hugo.

Abulens.

Postquam Christus in mare tribulationum, nos ibi securi ambulamus, Paschal.

Christus mortuus, ut nos vivamus.

August.

August.

Threnor.

Paschal.

QUESTIO X.

Quare Christus jubet laxare retia, & hoc vult miraculum edere?

64. Euthym. R. Edè respondet primo Euthym. Sciens, ait, quod tota nocte nihil caperem, adhortatur, ut tunc laxare retia, quo cognita firmius ejus potentia, majorem de eo fidem conciperent: reli- & que deinceps captura magnitudine, continuo eam sequentur. Ut de eo majorem fidem concipiant, & firmius adhaereant, suam beneficentiam in nos elargiri vult per copiosam multitudinem piscium captam. Nihil magis animos allicit, ac attrahit, quam donorum communicatio. Et laxare retia jubet, quia nostram cooperationem requirit, ut ejus bona percipiamus, iisque ditemur.

65. Chryso. Secundo D. Chryf. citatus à D. Thoma in Cate- & na: Condescendens, ait, hominibus, sicut Magos per sydas vocavit; sic & piscatores per piscatori- & am artem. Similiter Theoph. Deus nostro ingenio se accommodat, & unumquemque trahit sua inclinatione, cum suaviter omnia disponat. Et ideo sicut Magos, in Astrologia peritos, ad se vocat per stellam; ita piscatores per artem piscatori- & am allicit. De quo multa 1. Cor. 12. 5. & cap. inferiori dicam. In hujus rei confirmationem ele- & ganter ait Brixianus: Et quia assuetus es piscatio- & ni, scilicet à Petre, ne tibi grave sit, novam artem ediscere, piscabere quidem adhuc, sed per piscibus & homines capies. Deus. suavi modo homines ad se trahit ac beneficia confert, ideoque ne grave sit & novam artem discere, ex piscatoribus piscium facit hominum piscatores.

66. Ambros. Tertio, D. Ambros. lib. 4. in Luc. Quæ sunt au- & tem, ait, Apostolorum, quæ laxari jubentur, retia, nisi verborum complexiones, & quasi quidam ora- & tionis sinus, & disputationum recessus, qui eos, quos ceperim, non amittant? Et bene Apostolica & instrumenta, piscandi retia sunt, quæ non captos & perimunt, sed referunt; & de profundo ad lu- & men extrahunt; & fluctuantes de inferni ad su- & perna perducunt. Quos ad Apostolicam dignita- & tem destinabat, jubet laxare retia, ut in eis Apo- & stolica instrumenta designarentur; nam retia eam & habent linearum dispositionem, ut captos pisces non amittant, nec eos perimant, sed con- & servent, & ex fundo maris ad lumen producant. Ita viri Apostolici talem observent dispositio- & nem, ut suos subditos non amittant, ne eos ter- & rere, ac pavore suffocare videantur; sed ita mo- & deratè se habeant, ut eos conservent, & ex pec- & catorum baratro ad lumen fidei, & virtutis trans- & ferant.

67. Hugo. Quarto, Hugo. Jubet laxare retia in captiva & piscium, scilicet hominum, multi enim laxant & rigorem Scripturæ, non in captivam, sed in de- & ceptionem. Vel si in captivam laxant retia, id est, & explicant scripturas, hoc faciunt, non in capti- & ram piscium, id est, hominum, sed ranarum, id est, & divitiarum, vel dignitatum. De quibus dicit & Isaias 59. n. 5. Telas araneæ texerunt. Ose. 8. n. 6. & In aranearum telas erit vitulus Samaria.

Quinto, Dum Dominus eligit Petrum, ac & Andream, & filios Zebedæi, laxatis retibus mi- & raculum operatur, ut eis declaret suam potentiam

enim universæ creaturæ subjacent, ut efficacius, re- & lictio vitæ genere, in quo à pueritia versabantur, & attraheret ad sequendum se, & ad vacandum uni & soli Deo colendo, ac ad laborandum in Evange- & lio divulgando, jacta omni cura alendi corporis in Deum.

Sexto Theoph. Postquam autem, ait, turbam è & navi docuit, Dominum navis non relinquit irre- & muneratum, sed bifariam ei benefacit, quia & mul- & titudinem piscium ei donavit, & discipulum & suum fecit. Aded magnificus est Dominus, ut & pro uno obsequio duplex largiatur beneficium & Petrus Dominum in sua navicula receperat, & & pro hoc ei unum datur temporale beneficium, & nempe magna piscium multitudo; & alius spi- & rituale; & valde excellens, ut esset Apostolus, ac & totius Ecclesie caput; multis enim donis re- & pletur ille, qui Dominum, ac suos hospitiis rece- & pit. Quod nobis comprobatur exemplo suo Pa- & rens Elias, qui in domo viduæ exceptus, ejus & farinam multiplicat, & oleum; aliudque deinde & beneficium addidit illustre, ut mortuum filium & ad vitam revocaret, in quo nostra resurrectio & præfiguratur, 3. Reg. 17. n. 15. & 20. Eliasus Su- & namitidi sterili, apud quam hospitabatur, filium & impetrat à Deo; eumque mortuum resuscitat, 4. & Ambros. Reg. 4. num. 36. Unde eleganter D. Ambrosius & lib. 1. de Abrahamo cap. 5. Elias quoque, defun- & ti pignoris resuscitatione donata, solvit hospitij & personam.

Ait Lucas 8. num. 41. Ecce venit vir, cui no- & men Jairus; & ipse Princeps Synagoga, & cecidit & ad pedes Iesu rogans eum, ut intraret in domum & ejus, quia unica filia erat ei servè annorum duode- & cim, & hæc moriebatur. Accessit Princeps ad Do- & minum, & pro sanitate filie rogabat; quia divini & Verbi Incarnationem, ac Christi divinitatem cre- & debat, ut docent Christianus Druthmarus, Hay- & mon, & alij, Sed si homo, Christum Deum esse & agnoscebat, quare postulat, ut in domum suam & descendat? cum Deus sit ubique, & ubique ope- & rari potens? Immo ex facto miraculo, cum Re- & guli filio, quem Dominus absentem, ac distantem & sanavit, Joan. 4. num. 50. ut latè explicavi cap. 6. & poterat hic Princeps, Christi virtutem investi- & gare, & callere. Ad quid ergo postulat descen- & sum in domum suam? Magna certè fuit hominis & virtus, eximia acies ingenij. Voluit Christum in & habitaculo suo excipere, ut ipsa hospitalitate & quodammodo, ut ita loquar, obligaret ad bene- & ficium concedendum. Pro certo habebat Jairus, & quod Christus Dominus hospitem irremunera- & tum non relinqueret; nam si Elisæus objecta & hospitij memoria impellit ad resuscitandum & viduæ filium, quanto magis Christus ipsa hos- & pitalitate teneretur ad vitam spiritualem, & tem- & poralem dandam puellæ. Druthmarus, Idcirco, & ait, princeps venit, & ad pedes corruit, & eum Ma- & gistro ad domum reverti volebat, sicut mulier Sana- & mitis, quæ non dimisit Elisæum quousque ad filium & mortuum perveniret.

68. Theophyl. Deo pro uno obsequio duplex datur beneficium, & beneficium.

69. Luc. 8. Druthmarus, Haymon.

Apud quem Christus hospitatur, unus non relinquitur.

Druthmarus.

Druthmarus.

Druthmarus.